

E#4 E#79

26/1941

ius Novæ Hispaniæ ad compendium redactus, fusius namque separatim cum Concilijs primo, & secundo reperies descriptum.

Lumine cœlesti potius, quam humanae gloriae splendore, permotus inclitus Ferdinandus Cortesius hanc Civitatem Mexicanam, antea Tenoxtitlan nuncupatam post diuturnos labores, & obsidionem feliciter adeptus est die S. Hyppoliti Martyris anni millesimi quingentesimi vigessimi primi, & ut moris ei erat prius de Sacris Curare, & Vexillum Crucis statuere; primam capellam operarijs ab Imperatore Moctezuma designatis eo ipso in loco, quo maximum Templum Idolorum erat situm, versus Palatium Ethnici Imperatoris postmodum Ferdinandi Cortesij, nunc aedes status Marchionatus Vallis, & ubi Gentilitas suis serviebat erroribus, dominabantur inferni potestates, immolabant homines filios, & filias suas Daemonijs, capellam inquam, ut tempus ferebat in Dei, & S. Mariæ honorem construxit, quod quidem spatium majori amplitudine occupat Sancta Cathedralis Metropolitana Ecclesia, cui adjunctum Sacrarium Parochiale.

Quinque Clerici Ordine Sacro insigniti, quos secum clarissimus Cortesius adduxit, divinis Ministerijs inserviebant: Primas partes officij Parochi, & Pastoris gerebant Licentiatus Joannes Diaz, & Fr. Bartholomaeus de Olmedo, Sacri Ordinis Militaris Sancte Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, Duxis Cortesij, ejusque armatae Militiae Capellani: Primum Missam privatam celebravit Joannes Diaz, & follemne Fr. Bartholomaeus de Olmedo: Hi Proto-Parochi Gentilium conversioni insudabant, Catechismo instruebant, baptizabant, & administrationi Sacramentorum intenti, cunabula hujus incipientis Ecclesiae esformare annitebantur.

Verum, cum messis multa, & pauci operarij, non distulit  
Heros ille Praeclarissimus, & Invictissimus Carolus V. Imperator,  
& Hispaniarum hujus nominis primus, mittere Viros Apostolicos.

gu

qui hoc novellum Germen zelo, virtutibus, prædicatione, & exemplis foverent, protenderent, & fecundissimum, onustum que fructibus Domino redderent.

Ad similitudinem igitur Apostolorum, ad Verbum Dei dif-  
seminandum, duodecim Viri Religiosi Ordinis Sancti Francisci  
regularis Observantie à Summo Pontifice Adriano VI. & Impe-  
ratore Carolo V. ad hanc Septemptrionalem plagam missi sub  
obedientia V. Patris Martini de Valentia, cuius præclara vita apud  
Historiographos Indiarum reperitur aprimè descripta, hanc Vi-  
neam plantare, rigare, & augere totis viribus decertarunt: Primit  
in prima capella memorata considerunt, postea civium turmas  
fugientes, Parochiam Sancti Josephi sollemniter dicarunt, & au-  
xiliante ipsomet Duce Cortesio fabricam magni Conventus San-  
cti Francisci inchoarunt.

Ferè incredibile est quot labores, ærumnas, & calamitates perpessi fuerint præfati Apostolici Viri tam Clerici, quam Religiosi; terra invia, inanis, & vacua, juxta ut ab initio Mundij, Incolæ tam rudes, ut quidam de eorum rationalitate hæsitarent, inimici intus, & foris; difficilis, immo penè impossibilis ad Sedem Apostolicam accessus: Episcoporum, & Consiliariorum inopia: Polygamia Indorum una ex parte, principalis Uxoris eorum incertitudo; ignorantia Idiomatis, defectus Sancti Chrismatis ad administrationem Sacramentorum; & denique strepitus armorum alia ex parte ad subjugandas efferatas Gentes tot repugna, seu impedimenta videbantur.

Ad ea amovenda convenerunt, adstante Ferdinando Cor-  
tesio, decem, & novem Religiosi Ordinis Sancti Francisci, se-  
ptem Clerici, & quinque Jurisconsulti, ut aliquomodo circa Matri-  
monia, administrationem aliorum Sacramentorum, & Indorum  
Catechesim maturius decernerent, res ita cessit; & ut occasio fe-  
rebat, quibusdam malis congruentia remedia adhibuerunt, alia a

4

Se-

n  
au  
i 8  
re  
ea  
ula  
ba J  
584.

CONCILIO  
MEXICANUM  
PROVINCIALE III.

CELEBRATUM MEXICI ANNO MDLXXXV.

PRÆSIDE  
**D. D. PETRO MOYA, ET CONTRERAS**  
ARCHIEPISCOPO EJUSDEM URBS.

CONFIRMATUM ROMÆ DIE XXVII. OCTOBRIS  
ANNO MDLXXXIX.

Postea Jussu Regio editum Mexici Anno MDCXXII.  
sumptibus

**D. D. JOANNIS PEREZ DE LA SERNA**  
ARCHIEPISCOPI.

Demum typis mandatum cura, & expensis

**D. D. FRANCISCI ANTONIJ**  
A LORENZANA  
ARCHIPRÆSULIS.



MEXICI ANNO MDCLXX. SUPERIORUM PERMISSU.

Ex Typographia Bac. Josephi Antonij de Hogal.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON  
CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Folio. 12 MICROFILMADO 8/12/82



1080045092

THE  
CONTINUATION  
OF  
THE  
BIBLE

1060045032  
CONTRIBUAMON ROMA DIE XXXIII OCTOBRIS  
S. G. L. R. S. C. M. A. D. C. T. P. I. B. V. A. M. A. S.  
A. 3  
1585

D. JOANNIS TERESI DE LA SERNA  
ARCHIEPISCOPI  
Dum capite magistrum eius, & expedito  
D. FRANCISCY ANTONII  
A TORRENGANA  
ARCHIEPISCOPI



FONDO BIBLIOTECA PÚBLICA  
DEL ESTADO DE NUEVO LEÓN

132705

ANNO MDCCCLXVII SUBSTRADA E MOLLE

**MICROFILM**



## PRÆMONITIO AD LECTOREM.

**S**Apientiam exquirere, Conciliis vacare, & narrationem  
Virorum nominatorum conservare, præcipuum est mu-  
nus Episcoporum; utque ei aſſequendo totus incum-  
berem, postquam ad hanc Sedem Metropolitanam, li-  
cet immerito, fui eœctus; sedulo pervolvi Concilium Provin-  
cialle III. in cuius margine acta primi, & ſecundi perſepe citantur;  
anxiusque ea oculis perlustrare desiderabam; verum, cum in Pra-  
fatione ad memoratum Mexicanum Concilium III. certo statua-  
Author, cuius opera Parifijs denuo typis mandatum fuit, exē-  
plaria diu, multumque quæſita nullatenus potuisse nancisci, ipsameti  
que verba transcripta appareant ex Editione Romana à Cardina-  
le Aguirrio facta anno MDCXCIII. veluti fraudatus desiderio, ad An-  
chivium Sanctæ meæ Metropoliticae Ecclesiæ accurrere, decrevis.  
Succeſit ut in votis, unoque Volumine congeſta tria Provincialia  
Concilia Mexicana authentica cito adinveni, nec ſuspiciari lice-  
bat, toties in tertio priora, absque eorum inspectione fuſſe repetita.

His prætiosissimis monumentis datus, totam Disciplinam Ecclesiasticam Mexicanam ab origine desumere, novo stimulo incitatus optavi, & licet varia Autorum placita in enumerandi Concilij non levem mihi ingessisse difficultatem; quidam etenim primum Virorum Apostolicorum cœtum, Concilium appellante, alij in medias tendunt partes; ut hisce nodis exolutis perspicuerem patescerem, authographum illius prioris cœtus perscrutatus in Archivis Religionis Sancti Francisci, minime adinveni, verum cum de illius contextu apud omnes certo constet, indicare non distuli: En sequitur principium, fons, & progressus Ecclesiæ hu-

CONCIL  
LUDV  
MEN

3

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

Sede Apostolica discutienda reliquerunt, alia denique temporis  
decurso medenda censuere.

Hunc Sacrum, Apostolicum, & Regium Cœtum, primum  
Concilium denominare quidam cœperunt; sed insolito, absque  
presentia Episcopi, seu Metropolitanus, qui usque ad adventum  
V. D. Fr. Joannis Zumarraga anno millesimo quingentesimo vi-  
geſimo octavo minime adſuit, certe nec Provinciale Concilium,  
nec Synodus Diocesana, preſiū loquendo, poterat nuncupari.  
Ut ut sit: Primum Provinciale Concilium fuit celebratum  
anno MDLXV, p̄ſide Illmō. ac R. D. Fr. Alphonſo Montúfar, Or-  
dinis Prædicatorum, ſecundo Archiepifcopo hujus Metropolita-  
næ Ecclesiæ, & ſecundum anno MDLXV, ad admissionem Sancti  
Generalis Tridentini eodem p̄ſide; utraque nostris ſumptibus  
ſunt Prælo mandata.

Tertium, quod p̄æ oculis habes, fuit celebratum anno  
MDLXXXV, p̄ſide Illmō. D. Petro Moya, & Contreras, hujus Ec-  
clieſie tertio Præſule, confirmatum Romæ die XXVII. Octobris  
 anni MDLXXXIX iuſtu Regio editum, Cura, & expenſis Illmī. Do-  
mini Joannis Perez de la Serna anno MDCXXII. poſtmodum ab  
Emmō. D. Iofephō Saenz Aguirrio collectioni Conciliorum His-  
panie inſertum, ac denique Parisijs ſumptibus Illmī. D. Joannis  
Gomezij Parada, Epifcopi Guadalaxarenſis; utque clarius ejus De-  
creta ab omnibus memoriae commendentur, additis hac Præfatio-  
ne, & emendatiore Cathalogo Præſulum Mexicanarum hujus Eccle-  
ſie, qui trunca, & informis extabat, iterum excudendum curavi.  
Laudemus ergo Viros gloriosos in generatione sua: Grates  
maximas Sacris Ordinibus Religiosis répendentes. In noſtrum  
memoriam redeat Antiquitas Patrum; eorum virtutes, & exempla re-  
colementis vestigijs inhæreamus, & a regulis tam ſedulo ad morum  
reformationem ab eis efformatis, non deviemus. Mexici die III.  
Septembris anni Domini MDCCCLXIX.

Franciscus Archiepifcopus Mexicanus.

REVERENDISSIMIS PATRIBUS,

AC DOMINIS COËPISCOPIS,

AC COMPROVINCIALIBUS NOSTRIS,

CAPITULIS CATHEDRALIUM ECCLESIARUM,

Parochis, ac universo statui Ecclesiastico

Provinciae Mexicanæ.

JOANNES DE LA SERNA Archiepifcopus, utram-  
que ſalutem in Domino p̄ecatur.

**N**ON satis ad perfectum prudentissimus ille  
Pater familias opus ſuū perduxisſet, vi-  
neam plantando, ſi plantata ſepe non cir-  
cundediffidet; ſingularis enim ferus depaſe-  
ret eam: viñdemiantur qui p̄tergredintur vineam, &  
vulpes parvula demolirentur. Sed ne in ea excolenda  
locatus labor in easum ſuccederet, vallo munivit, Tur-  
rim apposit, verticem (ſcilicet) legis attollens, ut ſic  
inſtructam, maceria tutatam agricolis locaret. Quis  
enim eorum ita dexter in excolendo, tam patiens in  
ſufferendo, tam audax in refiſtendo, tam tenax in per-  
ſeverando, tam fortis foret in perſequendo ſine le-  
gum adminiculo, ſine decretorum inexpugnabil p̄ſi-  
ſidio? Cum pluribus dimicet oportet, is, qui imperare  
pluribus intendit. Unuſquisque enim ſuū obtemperat  
voluntati, & voluptati proclives ſunt ad malum ho-  
mīum appetitus, nec a propoſito unquam defiſtent,  
donec ad effectum placita perducant. Magnum ergo,  
& indigetum Chaos, truculentaque confuſio huma-  
na

B

Math. c. 21.  
Pſalm. 79.  
Cont. 2. c.

Ambroſius lib.  
9. in cap. 90.  
Joannis.

Plutarcb. in  
Apoteſ. Iaco.

*Plutarch. ad  
Prin. in doct.*

nam hanc societatem turbaret. Tot, tantorumque; que  
cœlestes largiuntur donorum, & honorum non esset frui-  
tio, vel usus rectius sine lege, sine justitia, sine redore. Ideo  
ergo vineam suam sepe circundedit, id est Ecclesiam  
lege vallavit, & stabilivit, qua rebelles cogeret, petu-  
lantium audaciam cohiberet, prætergredientes viam,  
ne vineam conculcarent, puniret. Nullumque majus  
bonum huic familiæ potuit locuples in misericor-  
dia tribuere, quam legis propugnaculum, quo homi-  
nes in officio continerentur, gladium hunc ancipi-  
tem, quo Tyrannorum vires frangerentur, divinae vol-  
luntatis expressionem, qua Servus sciens voluntatem  
domini faciat, ne vapulet. Ideo familiarissimus Domini

Moyses in signum magnæ erga se dilectionis postula-  
bat: *Si inveni gratiam in oculis tuis, scire me fac viam  
tuam; viam, id est voluntatem, tu gusto.* & Quid jucun-  
dus servo quam certo scire, & non divinare voluntatē domini? Magnum ergo bonum vineæ plantatæ,  
sepe fuisse circundatam: utilissimum Colonis voluntati  
Domini ex præscripto parere. Utile etiam impuden-  
tibus, & discolis, ab effrenatis appetitus insulubus  
cohiberi salutari illa violentia, quam regius vates po-  
stulabat, *in Camo, & fræno maxillas eorum constringe,*  
*qui non approximant ad te.* Camum, & frænum appellat  
scriptura leges, & præcepta, quibus ab instituto  
superbe hominum voluntates arcentur, ne in præceps  
ruant, innatae superbitæ calcaribus actæ, qua contra-  
fas, & rectum ad inordinatos ruunt affectus. Ideo  
Judeorum doctissimus Philo dicebat: *Quod lex semper  
pugnat cum superbia.* Quasi hoc sit proprium illius mu-  
nus devio superborum hominum affectui resistere, il-

*Psalm. 31.*

*L. De trans-  
migratione.*

lo.

lorum se executioni opponendo, præceptorum habe-  
nis: ne caderent detinendo, non ergo ad perfectum  
deduxisset opus suum Pater familias, si vineæ planta-  
te contentus, de vallo, & sepe non fuisset sollicitus.

Vineam, non ut olim de Ægypto, sed de Ca-  
tholicæ Ecclesia uberiori solo, Hispaniae videlicet fo-  
cundissima regione, *in terram banc salfuginis, & vastæ*

*Psalm. 143.*

*silitudinis* transtulit plenissimum Pater. Ejecit gentes,  
& plantavit eam abolito Idolorum cultu, effugatis  
Idololatriæ tenebris, solerti cura, & indefesso animo  
sanctissimorum virorum Sacerdotalis ordinis, tam Se-  
cularium, quam Regularium institutorum, quibus vi-  
neam plantandam, excolendam, & propagandam lo-  
cavit. Sed ut Novellæ plantationes in juventute sua pro-  
fundas radices jacerent, & ubiores fructus magno  
agricolarum labori, & conatu succederent, opus fuit,  
ut condensæ legum sepe circundaretur, quarum alie  
operarios dirigant in cultura, aliæ stimulent oscitan-  
tes in ministerio, & indebet illud tractantes compes-  
cant. Quod cum optime perpendisset *Dominus Petrus*  
*Moya de Contreras, Prædecessor noster, Vir jure mille*  
*titulis, & nominibus venerandus, quamvis gravissimis*  
*distantibus curis, & totius hujus Regni gubernatione*  
*occupatus, Provinciale Synodus coëgit, in qua do-*

*Psalm. 143.*

*cissimi Episcopi Comprovinciales interfuerunt, quo-  
rum maturo consilio, & qua summa prædicti erant  
prudentia, Municipales leges fuerunt conditæ, consol-  
nantes quidem Patrum antiquorum Doctrinæ, Sacro-  
rum Conciliorum Decretis, juri communi conformes,  
maximeque regionis istius moribus, & hominum con-  
ditioni aptatæ. In qua re, licet omnes, qui de jure Con-*

B 2

ci-

cilio interfuerunt communiter infudarunt: sed in ordinandis, & disponendis Decretis plus ceteris laboravit Doctor D. Joannes de Salzedo tunc Secretarius simul, & consultor dicti Concilij, Sacrorum Canonum primariae Cathedrae moderator, & in illa nunc emeritus, nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ meritissimus Decanus, in posterum autem majorum hujus Regni Ecclesiarum Pontificalem Sedem pro meritorum censura occupaturus. Subjectum fuit celebre hoc Concilium integerimæ censuræ Senatus Regij Indiarum, de cuius licentia, & approbatione Romani translatum est Apostolica Autoritate firmandum, in quo quidem tantum temporis consumptum est, ut jam antiquatum videretur, seu de medio sublatum; sed quum advertissem, quod quo impares sunt vires nostræ ad tantam Provinciam sustinendam, eo pluribus auxilijs indigemus, quorum præcipua sunt dicti Concilij Decreta, nullum non movimus lapidem, nulli sumptui pepercimas, ut volumen hoc oblivioni traditum in lucem prodiret, preloque mandaretur, ut sic ad omnium agricoluarum, & operariorū manus perveniret, & tantorum Decretorum ope ubiores proveniūt expectarentur.

Tanti operis, tamque necessarij huic Provincie gratiæ debentur bona memorie Domini Petri, quo præside tam utiles leges sunt ordinate, quibus totus hic novus orbis in spirituali regimine gubernetur; & crediderim quod non minus honoris, & celebritat̄ ejus nomini sit deferendum, quam illius nunquam satis pro dignitate laudandi Ferdinandi Cortesij hujus novi orbis expugnatoris. Comparans sum-

mus

stoclis, & Solonis decretum de Judicib⁹ Areopagitis constituendis, dicit: *Non minus præclarum hoc, quam illud judicandum est. Illud enim semel profuit: hoc semper proderit Civitati.* Id enim profecto accommodari poterit hujus Concilij ordinationi. Etsi incredibilia Cortesij facinora cum illius celebratione comparantur, jure dicere possimus, non minus præclarum hoc, quam illud judicandum est. Illud enim semel profuit, hoc semper proderit Provinciæ. Mihi autem pro tanto, tamque utili negotio nihil postulo; nec pro magna argenti summa insumpta, nec pro labore impenso, quam ut à *Vobis* pro grato obsequio habeatur, & quia pro omnibus laboravi, omnes *Mibi* debitum persolvatis pretium incomparabile assiduarum, & devotorum vestrarum precum, quarum *Vobis* certas vicces repandam, ut vestris meritis suffulti, post pensum rite persolutum fideli redditæ vilificationis ratione, in Domini gaudium mereamur intrare, in quo valete, ut opto. Mexici quinto idus Septembri anni Domini millesimi sexcentessimi vigessimi secundi.

*Joannes Archiepiscopus Mexicanus;*

IN



IN NOMINE SANCTÆ, ET INDIVIDUÆ  
TRINITATIS  
PATRIS, ET FILIJ, ET SPIRITUS SANCTI.



An illustration featuring a large, ornate initial letter 'S'. The interior of the letter is filled with a scene depicting two figures in a small boat, one of whom is holding a cross. Another figure stands behind them. The background shows stylized waves and foliage.